

effugiat pastorem sollicitudinem nostram, cum, ut Apostoli verbis utamur (1), debemus omnibus omnia fieri, ut omnes faciamus salvos.

“Justos, animas imprimis pietate præcellentes, incitamus ut in virtute et in perfectione de die in diem crescant; hi melior pars gregis sunt, gaudium nostrum et consolatio nostra. Minus ergo quam unquam laboribus nostris parcemus, ad fulciendum harum constantiam et sanctificationem selectarum animarum.

“Peccatorum conabimur errores demere, facinora coercere, et aperire pericula suam libidinem consequentia.

“Erga parentes et pueros, senes et juvenes, æque curas nostras partiemur: utinam zelo nostro et vigilantia inducantur omnes recte muniis suis obeundis!

“In hæc præcipue animum nostrum defiximus, coadunata Synodo, deque illis Constitutiones promulgavimus.

“Nunc Dominum rogemus ut largam benedictionem in nostra consilia et Statuta, in populum fidelem, in pastores et adjuutores infundat.

“Perseveremus interea in supplicationibus nostris pro Sanctissimo Domino nostro Leone, pro Sanctae Ecclesiae tranquillitate et pro Regina nostra.

“Et Dominus sit semper nobiscum.”

Illico Praesul hymnum *Te Deum* intonat, quem prosequitur chorus.

(1) I. Cor. IX, 22.

me,  
prae  
invi  
quam

sion  
pales

REN

Amp  
hum  
absu

I

sation

I

bum

ratoru

niis i

F

Annae

bus e

longio

R

du lac

chipse